

A Romanis dicebantur, easque Romani inter gemmas & donaria recensabant. Ad eum modum quo etiam hodie publicam monetam habemus. Itaque minores nummi monetæ usum habebant: maiores Numismatum. Sic reperitur numisma æreum, quod una sui parte laterum exprimit, altera vero torques, & armillas, cum hac inscriptione: IO IO TRIUMPHÈ.

Sic in multis æreis & argenteis reperiuntur literæ S. C. ut indicentur Senatusconsulti auctoritate eos cufos, item A. P. id est ex argento publico. In aliis alia sunt symbola, Hieroglyphica, inscriptiones. De quibus consulat Lector Dialogos *Ant. Aug.* quos nuper Latinitate donavit Vir Doctissimus nostri ævi P. Andreas Scotum, è Societ. Iesu.

QVÆ VTLITAS EX IPSIS DEM.

Primum id constat, pictoriæ, sculptoriæ, & id genus artifices, variam è Numismatum consideratione vtilitatem accipere posse. Cum sint plerumque elegantissimæ, ac summæ artis, quam secula post Imperatorem Galienum, quando artes pristinae multum labefactatæ; magis mirati, quam imitari potuerunt.

B Neque parua vtilitas viro literato censenda est, quod ex Numismatibus veterum Regum, Imperatorum, aliorumque virorum domi militariæque celeberrimum, cultum gestus, ornamenta nullo negotio intrinsecere possit, & ad Historiarum solidiorem cognitionem multum etiam facere, experientia notum est, Numismatum considerationem.

Adde quod non modò vultus ac Imagines Principum, eorumque gestus, sed multa insuper Hieroglyphica, symbola, emblemata, & pleraque huius generis, quæ ingeniosa antiquitas protulit, variarum rerum argumenta hauriamus, quæ etiam nostro seculo & moribus non inuentsse conveniant, & pro occasione rei nata queant accommodari. Inde enim non modica Antiquitatis notitia exurgit, multa quoque ingeniose & acute iuuentia ingenium noltrum acunt ad ea inuestiganda. Item simulacra plerumque rerum quæ nos instruant. Instrumentorum videlicet animalium, rerum naturalium, Decorum, vestimentorum, Nominum propriorum veram orthographiam, Familiarum ortus vel interitus, ex Numismatibus erui non obscure possunt.

GENERA ÆARIA.

C Numismatum genera varia desumuntur ratione gentium exterarum, & idiomatum. Alia enim quæ Romanæ reip. Latina sunt; alia verò Colonialium ac Municipiorum Italiæ, Galliæ & Hispaniæ, itidem Latina: quædam Græcæ sunt inscriptæ: eaque locorum, Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, Siciliæ; pleraque verò Achaïæ, Peloponnesi, Thæciæ, Macedoniæ, finitimorumque insularum. Alia sunt Asiæ Numismata, quædam etiam Africana ut Cyrenarum, Perægrini verò idiomatis nummi exstant Carthaginensium: exstant & Siciliæ Punicis characteribus notati. Reperiuntur & Iudææ, ac Syriæ, suis literis inscripti. Quin & Italiæ visuntur ignotis characteribus insigniti, linguæ fortassis Oscæ, vel Etruscæ. Hispanicis quoque videre memini, qui veteris atque obsolete iam linguæ vestigia præferrent, inquit *Antonius August. in sine Dialogi primi.* Qui addit, se & Gothica habere numismata, fortassis Gothorum, qui Hispaniæ & Italiæ olim imperarunt. Insuper Arabica, hinc Arabiis, altera parte Græcis literis insignita, putatque ea in Sicilia olim causa à Christianis. Quamvis & alia asserat à se visa, quæ integrè characteribus constabant Arabiis, de quorum antiquitate non poterat æquum fieri iudicium.

REPERTA.

¶ *Pese ex loco de Diuitiis. Titulo Numismata reperta.*

NVMISMATVM CVLTORES

Abundat Italia Numismatum, Antiquitatis cultoribus etiam hodie, neque id studij nisi à maioribus acceptum persequitur. Asinum Pollionem ferunt primum in alia viri libros collegisse, & Bibliothecas imaginum specie ornasse. Haec studio flagrasse ferunt T. Pomponium Atticum, & M. Terentium Varro nem, togatorum doctissimum. Testes erant, olim editæ, nunc amissæ, Illustrium virorum à septingentis vrbis conditæ annis Imagines: additis etiam breuibus versibus, tanquam rerum gestarum, Magistratum, ac Triumphorum indicibus.

Athenis verò Atticis antiquius id studium, vbi & Gymnasii statuas adhibebant. Vnde & Atticus ille Ciceroni, per-

familiari suo, vnà cum Bibliotheca Hermathenas & Hermetrachas dono mittit, & mercurio hîc eloquentiæ Deo, scientiæ præses Pallas, & roboris decus Hercules iungebatur. Quibus Hermis à varia porticu ad regiam vsque Athenis plena compita, referente apud *Suidam* Callistrato.

Sic & Romæ innumerabiles statuarum bene de Repub. meritis collocatæ, ut & statuarum officina M. Catoni, ac dicacibus videretur.

Alexander quoque Augustus in Larario suo inter cæteras & Christi Seruatoris dedicauit.

Musæ præterea studiorum tunc auspices creditæ, in Gymnasii à M. Tullio nobiliore consecratæ, ut in Liciniana Tullius refert: Fastosque eisdem & Herculi dedicasse auctor est *Macrobius*. Addit enim Herculem Musagetem Eumenius Pancyrico de Scholis instaurantis. Ædem, inquit, Hercules, & Musarum in circo Flaminio Fuluius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit: non id modo secutus, quod litteris & summi potestatis Ennij amicitia duceretur, sed quod in Græcia, dum esset Imperator, acceperat Herculem Musagetem, id est, Comitem, ducentemque Musarum.

Ad huius se Fulij cognominis imitationem nostro sæculo feliciter comparauit Fuluius Ursinus, Romanus & ipse & Musarum delitium: omnique adeo antiquitatis, doctriinæ Historiæ, familiarumque Rom. longè peritissimus. Collegit is pridem ingenti sumptu librorum veterum, matmorum, numismatum, ex auro, argento, ære, & gemmarum incredibilem copiam. Quem penes se thesaurum seruat, non inebat tamen, ut Hesperidum horti cultos ille draco, sed eruditissimis peregrinisque hominibus Antiquitatis studiosis identidem ostendit, digitoque commonstrat.

Quæ quidem omnia à se visa ante annos non ita plures in æs affabrè incisa euulgauit *Theodor. Gallus* Incisor Antuerpianus.

Sed & Cæsarum omnium imagines, numismata, nummos summo quoque studio complexus est Antonius Zantanus, Eques: ut Constantius Landus Complani Comes: Qui etiam, prior quidem figuris in ære expressis, posterior erudita explanatione; hoc de numismatibus argumentum mirificè illustrarunt.

Etiam Cæsar Baronius S. R. E. Card. in illis suis Annalibus, numismatum inscriptiones & imagines ad historiæ & antiquitatis demonstrationem adducit. Certo argumento, quantum horum studio fuerit oblectatus, quorum memoriam & auctoritatem non dubitauit celebrare.

Læuinus Torrentius II. Episcopus Antuerpiensis rara pietate & eruditione antistes, rerumque veterum admirator summus: si quas fecias aliquando concederent Ecclesiæ ei creditæ gubernacula; sancto & iucundo otio eas transigebat, vel sacrum aliquod poema in quo genere excelluit, pangendo, vel rem litterariam & numariam illustrando. Quin & numismata aurea, argentea, ærea temporis successione comparauerat non minimi pretij eaque occasione in x. i. Cæsaribus Tranquilli enucleate describendis feliciter defudauit.

Antonium Augustinum hoc loco præterire nec possum, nec debeo. Si quidem Archiepiscopus Tarraconensis, quam tota vita erga rem numariam sollicitudinem & curam gesserat, eandem negotiorum mole oppressus exhibere non destitit. Ut qui Numismatum anigmata dialogis x. i. adeo elucidauit, ut hæcenus, reperiuntur sit nemo, qui ne dicam anteponi, sed nec componi quidem valeat.

Abrahamus Ortelius Cosmographus Regius omnis antiquitatis cultor eximius existit. Ut qui inter selectam librorum suppellectilem, etiam numismata cuiusvis generis summa omnium admiratione collegit, quorum thesaurum Colius Ortelianus V. C. hæreditatis ac testamenti iure accepit.

Quis te hoc in studio non omnibus aliis præferendum arbitretur Carolo Croije Princeps Arschotij inclyte, qui thesaurum ingentem numismatum tuo æuo cumulasti, qualem vix ante te quispiam, siue metalli genus & pretium, siue antiquitatis consideremus monumentum? Creuit enim sub te numismatum humulus etiam apud alios viros illustres, qui exemplo tuo hoc studium fuerunt consecrati. Numismata vero illius aurea Iulio Cæsare vsque ad Heraclium Imperat. typis expressa nuper fuere, vnà cum methodica eorumdem explanatione, Antuerpiæ anno M. DC. XV. vii & biennio post: numismata aurea, argentea, ærea, Iulio Cæsare, vsque ad Valentinianum Augustum,